

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae XVI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

EPISTOLAE XVI.
ARGUMENTVM.

Mutui amoris commemoratione quasi viam sibi ad petendum mun- nit: petit autem, ut absentem se tueatur; siquidem gratum fore non dubitet. Scripta quo anno interfectus est Caesar: si modo hic Bithy- nicus ille est, quem Siciliae praetorem post Caesaris necem praefuisse narrat Appianus. Antonio et Dolabella coss.

EXPLANATIO.

Bithynicus] Pompeiae gentis: cui genti cognomen hoc dedit Bi- thynia deuicta. Festus: *Ratrum tenentis iuuenis est effigies in Ca- pitolio, ephēbi more Graecorum arenam ruentis exercitationis gra- tia.* quod signum Pompeius Bithy- nicus ex Bithynia suppellectilis re- giae Romam deportauit. Nomina- tur etiam in libro de clar. orat. c. 68. *Q. Pompeius Bithynicus:* sed eum puro huius Bithynici pa- trem fuisse: nam illum inter mor- tuos oratores Cicero numerat in eo libro, qui scriptus videtur ante exitum Africani belli. haec autem, et quae sequitur epistola, scriptae sunt, nisi me coniectura fallit, post Caesaris necem. Huius autem pa- ter, qui nominatur in epistola se- quenti, videtur is esse, qui Bithy- nici cognomen adeptus est. quod ut ita esse constet, ipsa recitabo verba Ciceronis, ex eo, quem pro-

xime appellauimus, libro. *Q. Pom- peius, inquit, A. F. qui Bithynicus dictus est, biennio, quam nos, for- tasse maior, summo studio docendi, multaque doctrina, incredibili la- bore atque industria; quod scire possum. fuit enim mecum et cum M. Pisone, cum amicitia, tum stu- diis, exercitationibusque commu- nectus. huius actio non satis commen- dabat orationem. in hac enim satis erat copiae, in illa autem leporis parum. Eius filium, post Caesaris necem, Siciliae praepositum, Sex. Pompeius Magni filius occidit. Dio lib. 48.*

Tueare] Post Caesaris necem summa fuit Ciceronis auctoritas in ciuitate.

Intermoriturum] Pro, moritu- rum, dixit. alibi tamen, intermori, est morientium similitudine defi- cere.

EPISTOLAE XVII.
ARGUMENTVM.

Scribenti Bithynico, cupere se rempublicam constitutam, ut cum Cicerone ducere vitam possit, respondet, se quoque eadem tenem expi- ditare. deinde confirmat, si beneficia spectentur, coniunctiones ei, quam se, alios esse; si necessitudo, neminem.

EXPLANA-